



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Vita & honestate Clericorum. Tit. 18

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

constitui, auctoritate Episcopi seu Prælati ipsius Ecclesiæ, *can. cum sumus. 9. qu. 3.* non ejus Vicarii, nisi ex mandato speciali, *Sbrozz. de offic. Vicarii. lib. 2. qu. 53. Scip. de Rubeis. in Aphorism. Episcop. verb. Oeconomus. num. 1. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcop. part. 1. num. 235.* omninò, Sede Vacante, Capituli, vel eo negligente Metropolitan. *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 16. Koderic. Caccia in comment. ad cap. 2. num. 4. dist. 89. Scip. de Rubeis d. verb. Oeconomus.*

Officium ejus est res Ecclesiæ omnes fideliter administrare, & tanquam ejus patrimonium gubernare, *per tot. dist. 79.* Fructus diligenter exigere, dispensare, augere, *c. cum vos. 4. de offic. Ordin. in casibus prohibitis non alienare; Nov. 7. d. l. jubemus. C. de SS. Eccles. de omnibus Episcopo vel Capitulo rationem, can. ea enim. hoc jus porrectum. 10. qu. 2. can. Diaconorum. can. judicatum. dist. 79. singulis annis, Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 9. reddere. Bar. in Nov. 123. §. Oeconomus. Escovar. de ratiocin. Administrat. cap. 7. num. 7. cum seq. Vide supra titulis 28. 29. 30.*

TITULUS XVIII.

De Vita & Honestate Clericorum.

SUMMARIÆ.

1. Clericorum vita debet esse innocens.
2. Innocentia præcipuè consideratur in Episcopo.
3. Honestas desiderata, quid.
4. Duplex; Externa, Interna: Quæ utraque.
5. Utraque qualis esse debet circa officia & negotia. Ne commercia exercent.
6. Ne negotientur lucræ causa.
7. Ne postulent.
8. Excipiuntur casus.
9. Ne

Gg gg 3

9. Ne

VINUS
ISOMIS
Ecclesiæ

IV.

Z

9. Ne caussarum actus exerceant. 23. Portantes an iis per Laicos spoliari possint.
10. Causa nonnulla excipiuntur. 24. Sagitarii & similibus praesse.
11. De instrumentis per Clericos Tabelliones factis. 25. Circa mores; Ne cum mulieribus habitent.
12. Ne procuraciones & seculares exercent. 26. Inhonestas conuivunt.
13. Vicecomitis &c. officium habeant. 27. Spectacula, &c.
14. Locum tenens non sint. 28. Mimis, &c. non intendant.
15. Sanguinis iudiciis ne intersint. 29. Aleatores ne sint.
16. Quid de consuetudine. 30. Nec Tabernas, nisi causa, intrent.
17. Incaussis Civilibus quomodo iudicare possint. 31. In cibo & potu modum seruent.
18. An causas criminales, alteri committere possint. 32. Ebrii quando puniendi.
19. An possint in causa Civili testimonium dicere. 33. Quomodo.
20. An tutelam gerere. 34. Potatio ad aquam haustus quando Clericis permittitur.
21. Artes medicas exercere. 35. A scurrilitate & aliis sibi caveant.
22. Arma portare. 36. Venationi, & quibus non sint dediti.

CORVINUS
De Personis
et Beneficiis

G

- 37. Vestem sui Ordinis 42. Comam & barbam ne
portent. alant.
- 38. Cur. 43. Detonsio coma quali-
ter fieri debeat.
- 39. Quomodo puniantur, 44. Fieri debet necessario.
si non.
- 40. Ornatus debet esse 45. Quid moris apud ve-
modus & receptus. teres.
- 41. Eum excedentes quo- 46. Quid, circa promissio-
modo puniantur. nem Barba. Et hodie.

Lericorum omnium ea debet esse vita probitas & honestas, I
qua non modò pusillos non offendat, sed, quod omni-
nò est necessarium, omnes etiam edificet; atque anima-
rum promoveat salutem. Concilium Tridentinum sess.
de reformat. cap. 1. sic loquitur; Nihil est, quod alios magis ad pie-
tatem & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita, & exemplum,
qui in sortem Domini vocati, se divino ministerio deditarunt. Cum enim
seculi in altiore sublati locum conspiciantur, in eos, tanquam in
speculum reliqui oculos conjiciunt, ex iisque sumunt quod imitentur.

Quae vitae Innocentia præcipue desideratur in Episcopis, quos in 2
primis optandum est, quæ suæ sint partes agnoscant, ac se non ad com-
moda propria, divitias, luxum, sed ad labores ac sollicitudines pro
Dei gloria vocatos esse intelligant: Nec enim dubitandum est, inquit
Concilium Tridentinum. sess. 25. de reformat. cap. 1. reliquos fideles
diligentiam, innocentiamque facilius in flamma audos, si Prepositos suos
viderint non ea, quæ mundi sunt, sed quæ sunt Dei, animarum salutem
et caelestem patriam cogitantes.

Est vitæ honestas, agendi dexteritas, quæ hominis animus ita in- 3
formatur, ut detestando vitia, ea quæ cum virtutibus congruunt,
implectatur. Venator. in Analys. jur. Canon. hoc tit.

Ea est, vel Interna; consistens in animi sinceritate, & in deside- 4
rio vivendi secundum præceptum juris & virtutum; vel Externa,
quæ

VITUS
ISOMUS
Ecclesiast
IV.
Z

quæ in factis ipsis ac actionibus vitæ secundum virtutum præcepta consistit, desideratque ut Clerici ab omnibus iis sint alieni, per quæ mens extra se sparsa confunditur, cordis contunditur acies, amor divini extinguatur lux, Sacerdotalis amittitur reverentia, &c., quod est periculosum, rectè vivendi linea, quæ proponenda fuerat aliis exemplum, non sine scandalo gravi, tenetur minimè. Facit enim Sacerdos delinquens populùm delinquere, & ruina populi Sacerdos nequam. *Zaf. hoc tit. num. 4.*

5 *Utramque ut observent Clerici, certè de Eorum negotiis & officiis, moribus & vita, habitu & vestitu, regulæ Canonibus tractantur.*

Circa negotia & officia: Nè sub pena depositionis, Clerici proximè Episcopi & Presbyteri, officia vel commercia sæcularia exercent, potissimum inonestæ. *c. clericus. hoc tit. sac. c. 1. & 101. tit. de Clericis vel Monachi secular. se negot. immisc.* Dicit *c. sed nec. 4. cod.* Nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus. *can. 1. 2. 3. caus. 31. qu. 3. can. 7. Apostolorum. Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus secularibus curas ne suscipito, alioquin deponatur.* In *can. 80. Apostolorum, Dominus*, inquit, *quod non oporteat Episcopum aut Presbyterum publicis administrationibus immittere: sed vacare, & se commodum exhibere Ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponatur nemo enim potest duobus Dominis servire, juxta præceptum divinum. Quod juri Civili consentaneum. l. generaliter. § 2. C. de Episc. & Cleric. l. consulta Divalla. 23. C. de testam. l. repetita. l. placet 17. C. de Episc. Cleric. Novel. 86. Novel. 123. cap. 6. §. sed neque susceptorem. l. non stringemus. §. 3. ff. de recept. arbit.*

6 II. Sub anathematis interminatione prohibitum, nè lucri causa negotientur; *c. secundum. 8. ne Cleric. vel monachi. can. fornicari. 10. can. 3. seqq. dist. 88. can. 1. can. quoniam. 8. cum seq. c. quicumque 14. qu. 4.* Prohibetur enim, ne turpis lucri cupidus ordinetur. Turpe lucrum dicitur, quicquid homo appetit plus justo. *c. 1. ne Cleric. vel Monachi negotentur. or. igo. 32. qu. 4.* Sic intelligendum, quod scribit S. Hieronymus *Nepotianum Negotiatorem Clericum, & ex inope divitem, ex ignominia gloriosum, quasi pestem fuge. can. negotiatorem. dist. 88.)* quocumque

CORVINUS
De Person. Ecclesiast.
et Beneficentia
G

contractu utpote emendo, vel vendendo; Ugo. de offic. & potest. Episc. cap. 13. §. 15. num. 1. vel possessiones conducendo, d. c. 1. ubi Abb. Mari. de jurisdict. part. 4. cent. 1. casu 3. Joan. de Salas. de contract. tract. 1. dub. 2. Roderic. à Cuccha in comm. ad d. can. 1. num. 2. dist. 87.

Nisi hoc faciant ad sui, vel suorum sustentationem; c. dilecti. de decim. Hostiens. in c. 1. num. 2. de obligat. ad ratiocin. Sylvest. in Sum. verb. Clericus. §. num. 2. Costa. de subsidiar. remed. 73. Imola. consil. 16. Bellet. disquisit. Cleric. part. 1. tit. de discipl. Cleric. part. 21. num. 33. Nisi Conductori in conductione successerint: Gloss. verb. Conductores. in d. c. ubi Abb. num. 8. Felin. in c. quia 65. num. 3. vers. ideo ipse. de judic. Sylvest. d. verb. Clericus. 3. num. 2. Bellet. d. §. 21. num. 32. Nisi agros proprioscolentes, fructus vendant: Less. de Just. & Jur. lib. 2. cap. 15. d. c. 1. Comit. respons. moral. lib. qu. 53. num. 2. Marcabrun. consil. 18. num. 291. cum seq. etiam ipsis prohibitum de artificio aliquo, ad vitam sustentationem negotiari; imò & iis exemplo Apostolorum imperatum: d. c. 1. Ne Clerici vel Monachi. nè sint otiosi, neve Diabolus otiosis suggerat perverfa. can. Clericus victum. Clericus quantumlibet. dist. 88. can. nunquam. 33. dist. 5. de consecrat.

III. Quia laboriosum homines literatos, & Clericos, causas suscipere rationum, &, quod non expedit, in eis se obligare; can. & simile. dist. 88. prohibentur postulare, non coram iudice Ecclesiastico in causa Ecclesiastica, c. 1. de postul. Abb. ibid. num. 3. & in c. 1. num. 3. Ne Cleric. vel Mon. & in c. cum esses num. 3. detestam. Frideric. de Senis consil. 70. num. 1. sed seculari & causa seculari; can. nullus 11. q. 1. d. c. 1. ubi Epò. à num. 22. Barbof. jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 40. num. 83.

Nisi ea sit propria: Ecclesiæ suæ; personæ miserabilis; d. c. 1. de postul. Fr. Emman. in Sum. part. 1. cap. 1. Cenedo ad Decret collect. 39. num. 1. Leo. in thes. fori Eccles. part. 3. cap. 4. num. 19. Ugo. de cap. 13. §. 5. Gratian. discept. forens. cap. 57. num. 22. cum seq. Bellet. d. tit. §. 27. conjunctorum sanguine; c. fin. de postulando. Abbas. in c. in postera. num. 1. de procur. Ugo. de d. §. 5. Bellet. d. §. 27. num. 6. vers. 6. & spiritualiter; Azor. instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 14. vers. beneficiario; & amicitia: Roderic. à Cuccha. in comment. ad can. perlatum. dist. 88. ver-

Hh hh tatur

VINUS
ISOMUS
& Ecclesiast
IV
Z

tatur in Romana Curia; *Vestrius in praxi Curie Rom. lib. 3. cap. 4. num. 4. Majolin. d. irregular. lib. 5. cap. 19. num. 4. Fr. Emman. in d. loco. Gratian. d. cap. 57. num. 38. unica, d. c. 1. de postulando Archiepiscopi. in can. pervenit. dist. 86. Angel. in Sum. verb. Advocatus. num. 7. Abb. in c. per venerabil. qui filii sunt legit. Felin. in c. cum. 1. & d. num. 12. vers. secundo de sent. & re. judic. Lansfranc. decis. 112. Roman. leg. 275. Bellet. d. §. 27. num. 7. non tamen ardua; Ugolin. d. cap. 13. §. 3. donis dent consilia; fac. d. c. 1. de postul. Alciat. resp. 31. num. 4. ad d. cap. 1. ne cleric. vel monachi. num. 30. Bellet. d. §. 27. num. 10. Calcan. de Brachio Regio. part. 6. cap. 13. num. 416. casu 4. abluque lario; secund. S. Congregat. Concilii 20. Julii. 1619. sint in minoribus Gloss. in d. cap. 1. verb. stipendiis. Fac. de Grassis in aureis decis. part. 2. lib. 3. cap. 2. num. 15. & 19. Bellet. d. §. 27. num. 3. vers. 1. imò & majoribus Ordinibus, sine Ecclesiasticis stipendiis. fac. d. c. 1. à contrarij sensu. Ut enim pauperum necessitati, ita & propriæ subvenire possunt. fac. l. preses. C. de servitut. Hostiens. in d. c. 1. num. 3. & 8. d. num. 4. Butr. num. 15. Leo in Thesuro. part. 3. cap. 4. num. 40. Gratian. discept. Forens. cap. 57. à num. 22. tom. 1.*

9 IV. Insuper omnes causarum actus exercere est interdictum Clericis omnibus in Sacris constitutis, in minoribus tantum beneficium Ecclesiasticum habentibus. d. c. sicut accepimus. Covar. pract. resolut. tom. 19. Masstril. decis. 159. Barbof. d. jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 40. num. 93. Rodan. de spoliis Cleric. qu. 8. num. 53. Ut Tabellionatum in Notariatum præsertim in negotiis secularibus: c. sicut accepimus. in Cleric. vel monachi. Ceval. com. opin. contra commun. qu. 404. num. 3. Prodill. in Sum. Leg. Penal. par. 2. casu. 54. num. 9. Masstril. decis. Sicula 159. Borell. in Sum. omni. decis. tom. 1. tit. 10. num. 27. Cened. ad Decretal. coll. 147.

10 Excipitur, 1. Causa hæreticis: c. ut officium. §. ad conscribendam. d. hæretic. Penia in director. Inquisit. part. 3. qu. 19. commento 68. Decian. tract. criminal. lib. 5. cap. 20. num. 47. & cap. 24. num. 25. Masstril. d. decis. 159. Bellet. d. tract. & tit. §. 29. num. 9. 2. Spiritualis: & Ecclesiastica: Franc. Marc. decis. 194. num. 4. & 5. Covar. d. cap. 19. num. 1. vers. nam Clericum Tabellio. Masstril. decis. 158. Carol. de Grass. de effi.

CORVIN
De Person.
et Benefic.

G

16. Clerical. effectū 8 num. 14. 3. Agenda coram Papa: Abb. & Dd. in d. c. sicut accepimus. Covarruv. pract. resol. cap. 19. num. 18. concl. 1. Farinac. fragm. crimin. parte 1. verb. Clericus. num. 237. Beller. d. loc. vers. item si esset. 4. In Curia Romana: Trot. de vero & perfecto Clerico lib. 2. cap. 54. num. 9. Farinac. de verb. Clericus. num. 237. vers. & idem. 45. In alia Ecclesiastica, si aliunde vivere nequeat: arg. d. c. nē Cleric. vel Monach. Abb. in d. c. sicut. num. 6. & 7. Jacob. de Graf. in aureis decis. part. 2. lib. 3. cap. 2. num. 18. Mastrill. d. decis. 158.

Instrumenta etiam per Clericos Tabelliones facta valent, quamvis per Superiorem exercitium tabellionatus eis non interdicitur: Censur. d. cap. 19. num. 8. vers. in quarta. conclus. Mastrill. d. decis. 159. num. 9. Carol. de Graff. d. effectū 8. num. 4. Abb. in d. c. sicut. num. 9. cum sequ. ut & ea quæ antea incepta, absolvunt, perficiunt. Gloss. verb. permissa. in c. ut officium. §. ad conscribendas. de heret. Add. ad Abbat. in d. c. sicut. num. 1. vers. octavo limita. & ibi Henriq. in fin. Sancb. in præcepta Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 13. num. 49.

V. Nec sub pcena ejectionis, debent Clerici procuraciones aut jurisdictiones seculares, sub aliquibus Principibus, viris Secularibus; iustitarii Eorum fiant, exercere. c. sed nec 4. Ne Clerici vel Monachi. con. qui semel. 20. qu. 3.

VI. Et, sub interminatione anathematis prohibitum, ne quis Sacerdos, officium habeat Vicecomitis aut Preposito Secularis. c. clericis 1. §. fm. eod. c. clericis. hoc tit.

Unde consequenter Sacerdos, vel Episcopus non potest esse Princeps, seu Vicerex, aut Locum tenens Regis, nec sub se habere aliquam auctoritatem temporalem. Petr. Gregor. partit. jur. Canon. lib. 4. tit. 8. cap. 9. in Schol. Navar. in man. Pralat. cap. 27. num. 107. vers. 7. Trot. de vero & perfect. Cleric. lib. 2. cap. 54. num. 1. Boer. decis. 17. Cened. ad Decret. collect. 61. num. 41. Saip. de censur. lib. 3. cap. 39. num. 7.

Putant tamen Panormitanus ad c. 4. Joannes Andreas ad c. 5. nē Clerici vel Mon. quod Clerici possint esse Consilarii Principis Laici; necnon debeant esse Consilarii Justitiæ. quod & notat Bald. ad & per Auth. habita. C. Nē filius pro patre.

Caveant tamen nē intersint judiciis criminalium causarum san-
guinis,

Hh hh 2

VINUS
ISOMUS
Ecclesiasticus
IV
Z

guinis, neve consilium in illis dent, vel sententiis illorum subiciant *c. clericis. c. sententiam eod. c. in Archiepiscopatu: de raptor.*

16 Hodie ubique ferè terrarum, inter Principes Christianos, sunt à consiliis Episcopi, & alii Clerici, & in Parliamentis Galliarum, alicubi in Senarchis seu Præsidialibus Sedibus Clerici & personæ Ecclesiasticae sedent in iudiciis, & numerantur inter Consiliarios Ordinarios & sententiæ habent suffragium; nisi agatur de iudiciis criminalibus. Quod & maximè est necessarium in Senatu; ubi & de causis religionis & fidei sæpe agitur, deque Ecclesiasticarum personarum & iudiciorum Episcoporum abusibus, committentium contra Sacrosancta Decreta Concilia sacra, & regias constitutiones, & concordata inter Summum Pontificem, & Reges Gallorum facta, quorumque observationum ratio à Summo Pontifice Principi Gallorum delata, ut haberetur in Concordatorum sine; & proinde hîdem de causis ab Officialibus & iudicibus Ecclesiasticis provocatur ad Senatum, si abutantur in supradicta potestate, ut & in aliis questionibus de beneficiorum Ecclesiasticorum possessione, aut decimarum, aut pauperum causis, de quibus cognoscunt Senatus: & proinde expedit ibi cum Laicis admitti in consilium & iudicium personas Ecclesiasticas, & ut observent, ne quidem contra fidem Ecclesiasticam, libertates Ecclesiarum, & immunitatem ejus, vel personarum Ecclesiasticarum, statuatur. *Petr. Gregor. loco.*

Sic & in Concilio Toletano IV. *can. 30.* permittitur Sacerdotibus acceptare officium iudicandi Majestatis reos, commissum a Principibus, si modò iurejurando Principis, supplici indulgentia promittatur. *can. 29. saepe Principes. 23. qu. 8.*

Potest & dari consilium Principi ab Episcopis pro criminibus genere puniendis: non autem in specie, aut individuo in persona qua criminis rea. *can. pessimam. 23. qu. 8.*

17 VII. Possunt ergò Clerici iudicare in causis civilibus ubi jurisdictionem habent, vel ubi sunt constituti arbitri, quamvis huiusmodi rationem, præsertim qui curam obtinent animarum, debeant evitare extraneis causis, quas supra de advocacione expressimus. In causis criminalibus iudicare aut ferre sententiam sanguinis nullo modo possunt.

CORVINUS
De Personis
Ecclesiasticis
et Beneficiis

G

si & si proferant, efficiuntur irregulares, & deponuntur. *can. de quibus. 23. qu. 8. d. c. clericis. & d. c. sententiam. Salzed. ad Bernard. de pract. cap. 101. num. 1. Farinac. d. verb. Clericus. num. 368. Borrel. dequisit. Clerical. part. 1. d. tit. de disciplina Cleric. §. 26. num. 3. Sperell. in decis. fori Eccles. decis. 86. num. 16.*

Cessat pœna in Clerico alteri committenti causam, in qua postea sanguinis pœna inferitur: *Majol. de irregular. lib. 2. cap. 7. num. 11. Coaruro. in Clem. si furiosus. part. 2. §. 3. num. & lib. 3. var. resolut. cap. 20. num. 3. vers. tertio Sayr. d. tr. de censur. lib. 6. cap. 18. num. 17. Avila de censur. part. 7. disp. 5. sect. 2. dub. 4. sive temporalis jurisdictio eidem comperat ratione dignitatis, cui illa annexa; sive ratione propriæ personæ, cujus sit patrimonium; Abb. in d. c. Clericis. num. 12. & d. c. sententiam. num. 10. Bonacina. de censur. disp. 7. qu. 4. punct. 1. num. 25. & 26. Bellet. d. tit. §. 3. num. 135. dummodo commissio sit generalis. c. fin. Ne Clerici vel. Mon. in 6. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 32. num. 5. Coaruro. in Clem. si furiosus. part. 2. §. 5. num. 8.*

VIII. Prohibentur etiam Clerici in causa civili secularici, in iudicio, non extra, *Gloss. fin. in c. 1. de juram. calum. ubi Abb. num. 17. Farinac. practi crimin. qu. 61. num. 79. sine permissione Episcopi testimonium dicere: can. testimonium. 11. qu. 1. can. quaquam. 14. qu. 2. Bellet. d. tract. & part. tit. de Clerico teste. §. 2. Carol. de Grass. d. tract. titu 10. per tot. Sperel. d. tract. decis. 50. num. 2. Mascard. de probat. conclus. 306. num. 6. & conclus. 1356. num. 61. Farin. in practi crimin. part. 2. qu. 61. num. 83. nisi tempore pestis. Ripa tract. de peste. rubr. de privileg. Jud. caus. pest. num. 45. Farinac. d. qu. 61. num. 85. Scipio de Rubeis. in aphorism. Episcop. verb. pestis. num. 2.*

IX. Nec possunt tutelam vel curam, nisi pietatis causa aut legittimam, *Gloss. verb. Religiosus. in can. irreligiosum. dist. 87. Cavalcan. de tutor. cap. 283. Gutier. de tutel. part. 1. cap. 1. num. 29. Gratian. de exp. forens. cap. 57. num. 32. suscipere. can. 1. & fin. dist. 88. can. Cyranus. 22. qu. 3. Montan. de tutel. cap. 35. reg. 1. num. 195. Carol. de Grass. d. tract. effect. 16. per tot.*

X. Nec possunt artes, alchymiam, Extrav. spondent, de crim. 21. *Gloss. medicinam, ehirurgiam, quæ inustionem vel incisionem inducit.*

VINUS
PSONIS
& Ecclesiasticis

IV

Z

exercere: d. c. sententiam 9. Ne Cleric. vel Monachi. c. tua nos. iud. Gloss. verbo congruebat. de homicid. Nec juri Civili, & Physico nisi in facilius jus Canonicum addiscant; Farinas. d. verb. Clericus. num. 207. Gomez. ad reg. Cancell. reg. de jure quas. non toll. qu. 3. circa fin. operari dare: c. ult. ne Cleric. vel monachi. c. 1. eod. in 6. Trotius. d. tract. lib. 3. cap. 35. Menoch. de arbitr. casu. 425. num. 28. Squillante. de obligat. Cleric. part. 2. à num. 57. Bellet. d. tit. §. 30. Contra si faxint, & terro moniti non desistant, privilegiis omnibus privantur; & quandoque severius puniuntur: d. fin. c. & Clem. 1. hoc.

22 XI. Nec, sub excommunicationis pena, arma portare c. Clerici hic. In capitulis Herardi Archiepiscopi Turonensis hoc legitur cap. 113. Ut Clerici in quacunque seditione arma detulerint, post depositionem gravi penitentia in carcere retrudantur; Aliter si armis, sagis; vel Salsis usi fuerint, deponantur. Tom. 3. Concil. Gallia. quia non possunt iurare Deo & seculo mittitare, can. quicumque 23. qu. 8. & Clericorum arma sunt lachrymæ & orationes. can. non puta. can. convenior. & alii. d. can. 23. qu. 8. can. porro. 18. qu. 3. can. fin. dist. 36. Lup. in tract. de bello bellator. §. habeas. sub num. 1. Nisi subsit justa causa: veluti si per loca periculosa sit iter faciendum: per Gloss. verb. Cleric. in d. c. Clerici. ubi Bald. num. 2. Abb. num. 8.

Imò si mortem aliter vitare non possint, impune possunt aggressores suos occidere, nec ullam incurrunt irregularitatem; quia aggressores potius videntur se ipsos occidere, quam ab aggressis occidi. Clem. un. de homicid. volunt. vel casuali. Ratio est: Quia vim vi repellere omnes leges & omnia jura permittunt. c. significasti. 18. vers. si eod. c. dilecto filio. 6. de sent. excommun. Et defensor propriæ salutis in nullo peccasse censetur. l. si quis. 3. C. ad. Leg. Cornel. de Sicar.

23 An autem Clerici portantes arma, maxime prohibita, iis per Laicos spoliari possint, non convenit inter Doctores: Eorum pars major hoc affirmat: teste Cenedo ad Decret. collect. 7. Barbosa d. lib. 1. per Eccles. univ. cap. 4. num. 141. Negat minor: Quam sequitur & confert Barbosa d. loco num. 140. & servari in praxi dicunt Spercell. in decis. fori Ecclesiast. decis. 12. num. 60. Ansaldo. de jurisd. Eccles. part. 2. tit. 1. cap. 22.

CORV
De Pe
et Benef

G

XII. Nec possunt Clerici balistariis, sagittariis, hodie bombardariis, & hujusmodi viris sanguinum praesse, c. sententiam. 9. Nè Clerici vel Monachi. Petr. Gregor. d. lib. 4. partit. jur. Canon. d. tit. 8. cap. 10. num. 2. in schol. lit. c.

Circa vitam & mores Clericorum traduntur regulæ multæ. Quam primam;

Nè cum mulieribus habitent, eas in habitationes suas recipiant, 25 retineant, concubinas alant, cum suspectis feminis converentur: can. prater hoc can. interdixit. cum seq. dist. 32. can. 2. cum seq. dist. 34. can. Clericorum. 19. hoc tit. tot. tit. de cohabit. Cleric. & mulier. Conc. Trident. sess. 25. de reform. cap. 14. Campan. in divers. Jur. Canon. rubr. 4. num. 45. Gutier. Canon. lib. 2. cap. 27. Bellet. d. tr. disquis. Cleric. d. tit. de discipl. Cleric. §. 25. Sed de hac in titulo sequente specialius.

Secunda; Ut commestationes & inhonesta convivia fugiant: c. 1. 26. de Cler. vel Monachi. c. cum decorem. hoc tit. D. Hieronym. epist. 2. ad Nepot. de vita Cleric. cap. 23. dicit; Convivia tibi vitanda secularium, & maxime eorum, qui honoribus timent. & cap. 17. dicit; Consolatore Christiani potius in meroribus suis quam convivas in prosperis noverit. Facile contemnitur Clericus, qui sepe vocatus ad prandium non recusat. Honestis conviviis, & quæ sunt charitatis & dilectionis gratia, can. convivia. c. quando. 1. & 2. dist. 44. aut in defunctorum anniversariis, Sanctorum solemnitatibus, can. nullus. d. dist. can. nullus. de conser. dist. 5. interesse possunt: Covar. inc. ult. num. 1. & 2. de testam. care. de expens. cap. 8. num. 12. Cened. ad Decretum collect. 46. num. 5. tamen ut ab iis absentium detractiones, presentium irrationes, fabularum inanum narrationes, plausus, inconditi risus, cantationes, ioca curpia, larvæ, absint: inchoentur benedictione, gratiarum actione terminentur: c. quando autem. d. dist. 44. Bellet. d. tit. §. 22. num. 28. D. Chrysostomus homil. 79. ad Antiochum. scribit; Opus est nos & mentes presentes, & desidentes Deo gratias agere. Mensa ab oratione sumens quantum, & in orationem desinens nunquam deficiet, sed fonte largius copia nobis adferet bona. D. Hieronymus epist. 22. ad Eustoch. cap. 16. 25. Nec cibi sumantur nisi oratione premissa, nec recedatur à mensa, nisi resera-

vinus
sonus
Ecclesiast
IV
Z

referatur Creatori gratia. divinarum Scripturarum lectione miscetur
can. 20. reverentia. dist. 44.

27 Tertia; Ut spectacula, comedias, fabulas, choreas hastilias
& alia his similia: can. non oportet. de consecrat. dist. 5. c. cum decorum
pen. hic. c. 1. Ne Clerici vel Monachi c. inter dilectos. de excessib. Pralat.
Novel. 123. §. interdicimus. Hieron. Florent. in sua comediocris: comit.
Comitol. respons. moral. lib. 5. qu. 11. num. 8. cum seqq. nē dent scandalum
& sic peccent mortaliter, Cajetan. in Sum. verb. Clericorum peccata.
Emman. in sum. tom. 3. cap. 71. num. 1. Squillante. de oblig. Cleric. par.
2. num. 45. Roderic. à Cuccba. in comment. ad can. donare. 7. dist. 4.
num. 3. vident.

28 Quarta; Ut mimis, jocularibus, & histrionibus, non im-
dant: c. clerici. 15. hic. can. presbyteri. dist. 34. can. non oportet. dist. 4.
Bellet. d. tit. §. 23. num. 3.

29 Quinta; Larvati non incedant: d. c. cum decorum. Petr. Greg.
Syntagm. jur. univ. lib. 39. cap. 11.

30 Sexta; Ad aleas, aut taxillos, d. c. clerici. c. cum inter dilectos
excessib. Pralat. Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 1. §. si
dereform. cap. 12. Boët. Epo ad c. 1. num. 33. Ne Clerici vel Mon. Fr. E.
man. qu. Regul. tom. 2. qu. 37. artic. 3. aut aliās, nisi ludus consistat
ingenio, aut virtute corporis, & fiat secretò, Paris de Puteo. tract.
ludo. num. 12. Costa tract. de ludo. num. 15. art. 2. Comitol. d. lib. 1.
92. causa recreationis tantum, Bellet. d. tit. §. 24. num. 10. r.
Laiicis, Gloss. verb. ejusdem in c. continebatur. de homicid. ubi H.
num. 1. Abb. num. 3. Costa. d. tract. num. 14. Bellet. d. §. 24. num. 1.
nē ludant, aut ludentibus intersint.

31 Septima; Nē tabernas, cauponas, bibendi vel edendi causa,
peregrinentur, intrent: d. can. non oportet. cum seqq. d. dist. 44. c. 1.
Clerici. 15. hic in eis aliis ministrent. can. nullo Clerico. dist. 44. Clem.
hoc tit. Gloss. verbo ignominiosam. in c. un. eod. in 6. Bellet. d. tit. §. 25.
Dicat. can. 53. Apol. Si quis Clericus in caupona cibum capere depre-
sus fuerit à communione excluditor: excepto tamen eo, qui necessari-
tere in commune diverterit hospitium.

In quibus canonibus non est constituta pana contrarium facere

CORV
De Pe
et Benef
G

tibus; & ideo relicta videtur arbitrio Superioris, ut eam, considera-
tis, frequentatione actuum, personarum qualitate, & videntium
scandalo, majorem vel minorem infligat. *Vallens. in parat. Decret. h.*
7. num. 8.

Ostava; Modum in cibo & potu servent: *tot. dist. 35. cum,*
licet delicatum, pro sustentatione corporis ingerant: *c. quisquis. 1. §.*
nam in omnibus hujusmodi. dist. 41. à crapula & ebrietate abstineant,
can. Apostolorum. 42. & 43. can. 1. dist. 35. c. in crapula. hoc tit. si vero,
à Superiore moniti, non abstinerint, ab officio & beneficio suspen-
di debent. *d. c. à crapula. d. can. 1. & ibi Boët. Epo. Borel. in sum. omn.*
dist. tom. 1. tit. II. à num. 27.

Dico moniti; nec enim statim acuendum ferrum in delinquentes;
fragilitate enim naturæ, committuntur multa, vindicanda quidem,
sed non ita severe ac quando Clerici sunt incorrigibiles. *c. at si Clerici.*
de judic.

Superioris ergò arbitrio relinquitur, quando Clerici, à crapula³²
& ebrietate non abstinentis ab officio seu beneficio sint suspendendi.
Gloss. verb. vel beneficio in d. c. à crapula. Menoch. de arbitrar. casu 404.
num. 4. Gutier. canon. lib. 2. cap. 4. num. 69. Suar. de censur. disp. 2. sect.
22. num. 12. Nam vinolentos Sacerdotes & Apostolus damnat, *D.*
Paulus. 1. ad Timoth. 3. & vetus lex, Levit. 10. prohibet. can. vinolenti-
um. dist. 35.

Vinolenti autem dicuntur, qui non semel: sed saepe vino replen-
tur. *in princ. d. dist. 35.*

Confusio & ignominia est Clericis Jesum crucifixum, Magi-
strum Pauperum atque esurientem, fartis predicare corporibus; jeju-
niorumque doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre.
can. 4. Ecclesia. d. dist. 35.

Merito ergò Clericus, quem ebrium fuisse constiterit, aut tri-³³
ginta diebus à communionem submovendus, aut corporali subdendus
supplicio; *can. fin. d. dist. 35. si non desinat, deponendus ab officio.*
Sic enim habet *canon. 43. Apostolorum, aut desinito, aut deponitor. de*
quo & Phorius Nomocan. c. 35. & 29. & in Synodo in Trullo cap. 9. At-
que si Clerici se à vino non temperent, vel si se ad potus æquales inci-
tent

VINUS
POTUS
Ecclesiam

IV.

Z

tent & obligent more potatorum, quorum iudicio plus laudantur qui plures inebriaverit, & fecundiores calices exhauserit, & superius culpabiles redditi, nisi satisfecerint à Superiore commoniti, ab officio & beneficio ex Concilio Generali Lateranensi debent suspendi. *habet sub Innoc. III. c. 15. relato. in d. c. à crapula.*

Extat & in Concilio Nannensi *cap. 10.* prohibitio, nè Presbyteri convocati ad convivia defunctorum, se inebrient. Nec precari amore Sanctorum, vel alicujus animæ bibant, aut alios ad bibendum cogant, ne plausus, risusve ibi inconditos referant, & c. *ut habetur can. 7. nullus Presbyterorum. dist. 44. can. nullus presbyterorum. 3. consecrat. dist. 5.*

34 Potatio ad aequales haustus, quæ causâ honoris aut votivâ factis pro Principibus aut amicis fit, Clericis est licita; modo ea adfinitio, nè quis inebrietur. *Zypæus in analysi jur. Pontif. nov. l. 1. num. 8. & ex eo. Vallens. in par. eod. tit. num. 7.*

35 *Nona;* Nè scurrilibus aut joculariis verbis, vel adulationibus & proditionibus Clerici interviant, aut vacent. *can. Clericum. dist. 4. c. 1. nè Clerici vel monachi. Ugolin. de offic. & potest. Episc. cap. 13. 20. maledictis, detractionibus, calumniis, abstineant: can. Clericus maledictus. d. dist. 46. risus, fabulas vanas, tumultus in consensu & clamore vitent: oblinatis disceptationibus tumultuosas voces nè effundant vel indiscretis vocibus perstreperent: & ab omnibus, eorum ministerium in contemptum adducere valentibus, abstineant: can. quando in te. dist. 44. c. un. hoc. tit. in 6. ut semper, non solum quid liceat, vel ab que peccato fieri possit, verum etiam quid honestum sit, quidve gravitatem ipsorum deceat, spectent. Boët. Epo in comment. ad c. cum in corem. 12. num. 13. hoc. tit. Decet enim omninò eos, ut dicit Concilium Trident. sess. 22. de reform. cap. 1. qui in sortem Domini sunt vocati, eam moreque suos omnes ita componere, ut habitum, gestum, incessum, sermone, aliisque omnibus rebus nihil, nisi grave, moderatum ac religiose prae se ferant; levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, corrigant; ut eorum actiones cunctis adferant venerationem; &c.*

36 Postremò est prohibitum Clericis clamosè & cum armis venare, aut canes ad venandum, aut accipitres, falcones, aut hujusmodi aves habere.

CORV
De Pe
et Benef

G

habere. in Concil. Aurelianensi cap. 4. Agathensi cap. 55. Epauensi cap. 4. can. Episcopum. 2. cum seqq. omnib. dist. 34. Venatorem nunquam fuisse Sanctum legimus; Nempe quamdiu venator fuit. D. Hieronymus in Michæam, cap. 5. can. 15. Esau. dist. 86. can. 1. dist. 34. ubi Gloss. verb. venatorem. & Abbas c. 1. vers. & pro illa. de Clerico venatore.

Piscari autem licet Clericis, exemplo Apostolorum, quos piscatores ad se Salvator noster vocavit. Math. 4. Marci. 1. Luc. 5. & tenere lina ad capiendos pisces: can. nunquam. 33. de consecrat. dist. 5.

Permittuntur etiam venationes quietæ, personis Deo dicatis, sed non omnibus. Gloss. in c. 1. de Clerico venat. ad verb. voluptate: & moderata, non frequentes; Gloss. in Clem. 1. §. si quis autem. vers. si quis verò. verb. avibus. de statu monach. ex causâ necessitatis, puta ut habeatur victus, & interdum recreationis; & sanitatis. Mart. de juris. dist. part. 4. cent. 1. casu 57. à. num. 17. Barbof. d. lib. 1. jur. Eccles. univ. cap. 40. num. 79. Petr. Gregor. d. lib. & tit. cap. 8. in scholiis lit. f. Quod in dubio præsumitur. Anan. in d. c. 1. de Clerico venat. Roderic. à Cueda. in comment. ad can. vident. 10. dist. 86. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 116.

Circa Clericorum habitum corporis, & vestitum, Canonibus regulæ traduntur: quarum

Prima; Ut sui ordinis vestem deferant; si non, rationabili excusationis causa cessante, Professorum Ordinis prærogativa censentur indigni. Clem. un. hoc tit.

Quod & valde est notabile. Solent enim & in Curiis Supremis Parliamentorum Galliarum privari beneficiis, qui non ferunt Ordinis beneficii habitum.

Quemadmodum & quæ matronæ non fert habitum, si afficiatur injuria, perinde non vindicatur, ac si facta pudicæ. l. item Labeonem. §. si quis virgines. ff. de injur. fac. c. in audientia. 25. de sent. excomm.

Præsumitur & Laicus, qui in Laicali reperitur habitu, donec de clericali appareat: & Clericus in laicali habitu inventus, prehendi à iudice seculari pro crimine potest. c. si iudex Laicus. cod. in 6. Neque Clericus conjugatus gaudet privilegio clericali, quo alioquin uteretur, si non deferat vestes, & tonsuram clericalem. c. un. de Cleric. conjug.

VINUS
 ISOMIS
 Ecclesiast

IV
 Z

in 6. Et Clerici qui nec habitu, nec tonsura utuntur, pro Laicis putari possunt, deprehensi à Dominis Laicis territorii in delicto, puniri, non obstante, quod postea, ut eludant jurisdictionem, acciperint vestem, & tonsuram clericalem: *c. ex parte tua. 27. de privileg. Qui enim commodis & privilegijs alicujus ordinis gaudere vult, uti, debet seregulis & vestibus conformare. c. recoleutes. de statu monachor. D. Bernardus lib. 4. de considerat. ad Eugen. Papam. contra Clericos sui temporis ita exclamat: De Clericis quid dicam? Nam aliud vult, aliud videri volunt. Inhabendis temporalibus ut Laici, in habendis prabendis sunt ut Clerici, in plateis sunt ut milites, in vestimentis sunt ut mulieres, non pugnant ut milites, non laborant ut Laici, non predicant ut Clerici, non fructificant ut mulieres. Cujus ergo ordinis sunt, nullius, sed credo eos esse ordinandos, ubi nullus est ordo, sed infernalis horror inhabitat.*

39 Episcopi, ergò Presbyteri, Diaconi, aliique Clerici, secularibus indumentis uti non debent; sed, ut concedet, tunica sacerdotum, id est talari, à patribus instituta, si quidem in majoribus Ordinibus constituti, *Panciroi. var. lect. lib. 1. cap. 21. Bellet. disquis. Cleric. part. 1. d. tit. de discipl. Cleric. §. 16. num. 13. Moscon. tr. de majest. milit. Eccles. part. 2. lib. 1. cap. 2. vers. de habitu autem. non si in minoribus, nisi habeant beneficium; c. si verò aliquis de sent. excom. Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 3. Barbos. d. lib. 6. cap. jur. Eccles. univ. num. 3.* Quod si moniti aliter faciant, donec satisfaciant, communicatione privantur. *can. Episcopi can. sine ornatu. 21. qu. 4.*

Quamvis enim habitus non faciat Monachum, sed regularis professio, neque Clericus sit ex habitu. *d. c. si Index Laicus. 12. de sent. excomm. in 6. c. porrectum. de regular. & transeunt. ad relig. & quavis multi gerant verè religionis habitum, in religione omnino vacent ut ait Extrav. 2. cod. in commun. tamen judicium clericaturæ & monachatus facit primo obtuitu habitus conveniens, etsi is non sit solum respiciendus: Sic olim crines & habitus Philosophiæ solebant esse indici Philosophis, ut ait Symmachus lib. 2. epist. 4. & nihilominus nebulones fuerunt quidam, Philosophi pallio tenus, Sapientiæ disciplinas comminantes: reprehensi ab Aulo Gellio *Noct. Atticar. lib. 9. cap. 2.**

CORV
De Pe
er Benef

G

in l. 8. C. de Professor. & Medic. & ab Apulerio lib. 1. Floridor. Et Sidonius Apollinaris laudat lib. 9. epist. 9. Faustum, quod caesariem non pasceret, neque pallio, aut clava, veluti Sophisticis insigniis gloriaretur, aut is affectaret de vestium discretione superbiam.

Ideòq; & punitur Clericus, qui veste profana, cum clericali signo, felicitet cum tonsura utitur; nam eo deturpare videtur suum ordinem, quem prodit. Alioquin sine tonsura ferens vestem prohibitam, non puniatur ex juris severitate. *Gloss. ad Clem. 2. hic. ad verba & tonsuram.*

Ceterum Clerici & personæ Ecclesiasticæ debent uti ornatu mo-40
desto recepto, & tali habito in ea regione ubi degunt, & qui à more regionis non abhorreat, maximè inter Ecclesiasticos probos. d. c. clerici. 1. §. ubi *Gloss. verb. deauratis. hic. & text. in can. si quis virorum. 1. §. dist. 30. Card. in Clem. 2. ad fin. hic. Covar. pract. cap. 31. num. 7. vers. quarto illud est. Barbosa d. lib. 1. jur. Eccles. un. cap. 39. §. 2. num. 23. cum segg.* Neque enim probatur vestimentum vile, neque deliciosum, sed mediocre, honestum, seculari sublato excessu, & Ecclesiastica re tanta dignitate nè vilescat. *can. parsimoniam. 5. dist. 4.* Neque enim affectata sordes, neque delicia exquisita, conveniunt Christianis, ut ait D. Hieronymus ad Eustoch. de custod. virginis. & in princ. dist. 41. Imò sordes gloriolam redolent, ornatus delicias: quare illa extrema affectata vitanda secunda. *Hieronym. ad Nepotian. epist. 2. & S. Bernard. de consil. lib. 8. cap. 11.*

Itaque cum omnis jactantia & ornatus ad voluptatem corporis 41
à sacro ordine sint aliena, Episcopi & Clerici, qui se claris vestibus ornant, aut unguentis, odoris & voluptatis causa, *Clemens Alexandr. lib. 2. Pedagogia. cap. 8. aut fuco can. fucare. 38. de consecr. dist. 5. ununguntur, tinguntur, debent emendari; quod si in hoc permanserint, epitimio, id hic est suspensionis unius hebdomadae pena, tradi debent: can. 1. & 3. caus. 21. qu. 4.* Clericus qui virgata, (id est, virgulata, lineis quibusdam, diversi coloris, distincta. *Perot. Sympotin. in Copia cornu ad 3. Martial. epigr. Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 69.*) Virgil. *Virgatis lucent singulis.* & Sydonius epist. 2. lib. 5. *viridantia saga limbis margarita puniceis.* Græcis *ποικιλοχρῶντα*, id est, *versicoloria.*) vel partita, (id est, divisa, aut diversis coloribus

VITUS
PROBUS
Ecclesiasticus

IV

Z

constante, aut minutim incisa, seu intersecta ferro, vel acudepita
vid. Plinius natur. histor. lib. 8. cap. 48.) veste, publicè, sine iusta
 causa, *fac. Clem. 2. hic cap. clerici 15. eod. utitur, si sit beneficiarius*
 per sex menses à perceptione fructuum beneficiorum ipso iure suspen-
 ditur: si non, & citra Sacerdotium constitutus, sit ad Ecclesiasticum
 beneficium obtinendum per idem tempus ipso pacto inhabilis: Quod
 & statutum de Clericis tales vestes cum tonsura clericali publicè des-
 rentibus. *d. Clem. 2. propter scandalum, & propter contemptum, quod*
 inde Clericis oriri possit.

Dixi publicè & sine causa. Nam, *secund. Diaz. d. loco post de*
sharan. Zencelin. & Imolan. d. Clem. 2. Gonzal. ad reg. 9. Cancell. Gl.
43. num. 5. Ugolin. d. tract. de offic. & potest. Episc. cap. 12. num. 3. &
4. aliosque. Clericus utens veste aliqua ex prohibitis secretò, & ali-
 tus alias vestes, ita ut non appareat, aut quidem palam, sed pro-
 pter paupertatem, *Ugolin. d. cap. & num. vers. 5. Riccius in collect. de*
cis. 4. collect. 956. limit. 2. Carol. de Grassis de effectib. clerical. effus.
num. 1175. aut periculum verisimile, Rubin. decif. 91. part. 2. Riccius
loc. num. 4. Zapaeus in d. Analsi jur. Pontif. nov. hoc tit. num. 7. non
 incurrit prædictas penas: idem est, si utatur talibus vestimentis, dum
 pura in studio, vel loco simili, vel si non perpetuò portet, sed
 momentum, ut propter festum Socii qui doctoratur, vel sit Rector
 aut miles, aut ducit uxorem. *Capell. Tholos. decif. 52. & ibi Speg-*
Aufrer.

Prohibitum quoque Presbyteris, dignitatem habentibus,
 Monachis, tales vestes ferant, nec *insulam*, seu *pileum lineum* (quod
 tellige omnem prophanum capitis ornatum: ut sericum, rotundum
 alteriusve formæ non convenientis gravitati morum & Ecclesiasticorum
 simplicitati; *Petr. Gregor. d. lib. 1. & tit. cap. 2. in text. & schol.*
 publicè sub pena suspensionis per annum à perceptione fructuum ben-
 ficiorum, si habent; sin non, inhabilitatis ad obtinenda per idem
 tempus, *d. Clem. 2. gestent in capite; nec epitogio seu tabardo fodero,*
 (id est, penula, pallium longum, quod superinduitur vestibus
 aliis præcinctis) utatur, & ita brevi, quod videatur vestis inferior
 iustumque Clericis non regularibus, illud largiri pauperibus: quod
 appellatur *gibula*.

CORV
 De Pe
 et Benef

G

giosis, ut dent Superioribus. Adjectum insuper, nè Clerici, præfer-
am beneficiati, caligis scacatis, (id est, incisis, laceratis per partes) rubeis
aut viridibus publicè utantur: *d. Clem. 2. item manicis confutitiis,*
(id est, quæ ex diverso panno vel serico pro arbitrio adduntur aut de-
trahuntur *sago. sac. Clem. 1. de statu Monach.*) aut sotularibus, confu-
titiis (id est calceis) cappis manicatis, *c. Clerici. hoc tit. frænis, sellis,*
pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerenti-
bus, sibilis, corrigiis auri vel argenti, ornatu habentibus, annu-
tis, nisi quibus ex officio dignitatis concessum, (ut Episcopis, Præla-
tis; *sic. c. inter corporalia. de translat. Episc. can. sicut vir. 7. qu. 1. Bel-
li. disquis. Cleric. d. tit. §. 16. num. 22. Carol. de Grassis. d. tract. effectus*
4. num. 2.) aut uti in publico palliis, diffibulatis, & nisi ante pectus
vel post collum hinc inde connexis. *d. c. clerici.*

Igitur in vestibus maximè desideratur humilitas, non tantum ra-
tione coloris, sed etiam pretii; nec enim ex auro vel argento intexi de-
bent, quales sunt, quas *veri luminis* vocat Trebellius in Claudio
parandæ. γράμματα & εὐρίπαρα Balsamon ad canon. 27. Synodi in Tyl-
lo, vestes holosericas, holovercas, & parandes, *l. 1. c. de vestib. holoveris.*
subsericas Lampridius.

*Altera regula est; Nè Clerici comam vel barbam, ut volunt, nu-
triant; sed attonso capite, patentibus auribus, ministrent. can. pen.
syn. can. prohibere. dist. 23. ex Concilio Cartageniensi 4. cap. 44. c. Cle-
rici. c. 5. hoc tit.*

Quod si quis ex Clericis *comam relaxaverit*, anathema fieri po-
tuit, & a suo Archidiacono, *c. si quis ex Clericis. 4. eod. per sententiam,*
non ipso jure, *Gloss. ibid. detonderi* invitus.

Atque si Clericus monitus clericalem noluerit ferre tonsuram.
*c. Clerici. 7. hoc tit. clericatura privilegii privati potest. c. si verò ali-
quis. c. in audientia. c. contingit. de sent. excommu. c. Johannes. 7. de
Cleric. conjug.*

Detonsio juxta primam Aniceti constitutionem, *in can. probi. 43*
late. dist. 23. fieri debet in modum circuli, seu Sphæra, adhibita no-
vacula ad cutem, quæ dicitur à Sophocle in Oenomaο χερσικαπτον, &
appellatur Seythica, sive Thracia tonsura apud Athenam lib. 4.

Quæ

vinus
sonus
Ecclesiast
IV
Z

Quæ corona, non ut olim, fertur hodie; quippe pars abrasæ habet coronam; at olim capillorum eminentia conficiebat circum frontem usque ad occipitium; ut patet ex *descript. Gregorii Turonensis in Metio Trevirorum Episcopo, & refert in can. 40. Concilii Toletani IV. interpretantur, & inferius solum circuli coronam relinquunt.*

44 Hæc autem corona originem habens à *Nazaræis*; *Isidor. lib. 2. de offic. Ecclesiast. cap. 4.* omnibus tam sollicitè injungitur, ut line ipsa neminem se Clericum profiteri posse dicat *Balsamon ad can. 33. Synodus Trullo*; tum ut característica illa tonsura Clericos à reliquorum distincta quæ fidelium grege, ait *Petr. Blesensis sermone 4.* cum ob regale, qui funguntur Sacerdotes ministerio, ait *Rabanus Maurus lib. 1. Insuper Clericor.* Dicit *Cælius Rodigin. lect. antiqu. lib. 18. cap. 38. Capitulum coronæ ex Romanæ Ecclesiæ institutione Regnum præfert, quod in Christo capite statuitur, capillorum verò deciso temporalium indicat bonorum depositum tum etiam quod gerentes personam Christi; dominicæ passionis vestem coronam gerant: can. duo 12. qu. 1. nec non ob D. Petri memoriam, cujus caput in modum coronæ detonsum fuit, teste eodem *Petr. Blesensi in libr. Job. cap. 1.**

45 Igitur comæ cultura & relaxatio probro fuit & sub anathematis vinculo prohibita: *c. si quis 4. cum seq. & Clericis. 7. hoc tit.* Abrazio quidem non injungitur, sed tantum detonsio ad comæ & capillorum luxuriam vitandam; Scythicam enim & Thraniam abrazionem, ad cutem detonsionem Christiani habuerunt odio, nè viderentur imitari Sacerdotes Gentilium, qui caput radebant, quos *Æschylus* vocat *Sophocles* dicto loco. *D. Hieronymus in Ezechielem; cap. 4.* inquit, *Perspicue demonstratur rasis capitibus, sicut Sacerdotes, cuius rasesque Isis ac Serapis nos esse non debere, idque ex traditione Apostolorum esse docet Clemens Alexandrinus lib. 3. Pedagog. cap. 3. D. Ciprianus lib. 3. ad Quirinum. cap. 85.*

46 Barba verò promissio probata & laudata fuit. *D. Augustinus in Psalm. 33. Optatus contra Parmenianum, & alii: Unde est, quod in can. 4. Concilii Carthageniensis statuitur, Ut Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat. Compiler Decretalium delevit hanc vocem radat: quia mos barbæ radendæ in Ecclesia Occidentali in va-*

CORV
De Pe
et Benef

G

luit contra morem Orientalium, Gregorius VII. lib. 8. epist. 10. scri-
bit; Probrosim valde erat Episcoporum barbam colere. Ideo Krantzius
refert excuntibus Danis contra Vandalos, Eschilum Landia Metro-
politana se illis junxisse promissa barba, testificatum peregrinatio-
nem longinquam. lib. 1. Vandalia cap. 30. Hæcyox, radat, sublata,
ne ingenis malignis abraffionis damnandæ superesset ansa; quæ tamen
sancta est: Cum venerandum Christi corpus ita sumatur liberius; ut
in Ordinis Cisterciensis institutus referrur.

Simili mente in d. c. Clericis. 7. hic. hæc vox, barbam, rejici-
enda est, quæ spuria, & à compilatione prima abest. Cironius in parat.
Decret. ad h. tit.

TITULUS XIX.

De Cohabitatione Clericorum & Mulierum.

SUMMARI A.

- | | |
|-------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1. Frequentia & Cohabi-
tatio mulierum Clericis
interdicta. | 6. An differat hic Jus Ca-
nonicum à Civili. |
| 2. Conversatio cum suspe-
ctis. | 7. Olim Concubina, &
de Jure Canonico habita
pro uxoribus. |
| 3. Concubinis. An Lai-
cis. | 8. Secundum Concil. Tri-
dentinum quomodo pro-
cedatur contra Concu-
binarios Laicos. |
| 4. Cum Focariis. Quæ
ille. | 9. Clericos. |
| 5. Quid circa has &
cubinas statutum hodie. | 10. An contra hos pœna
juris |

Kk k k

juris

vinus
sonus
Ecclesiæ

IV

Z